Illeque dumi ferum descendit pulsus
ad arvum.
Hic quoque pomi ferum scandit revocatus
in ortum.
Ille miser pomo mentitur ab arbore rapto.
Quique crucem patitur veri mox testis habetur.
(i, ein korrigiert)
(9?)
Dicens esse deum regemque per omnia Christum.
In cruce pendentem vel celsa vel ima regentem.
Raptor Adam pomi, tunc est miser incola limbi.
Ad dictusque cruci iam cultor adest paradysi.
Raptor et hic validus, quia vim patitur
paradysus.
Ingressumque poli per vim rapiunt violenti.
Qui semet vincunt in debita regna tenebunt.
Anxius in poena sequitur consulta superna.
Lod! Ingre>diturque locum zabulo fallente relictum.
Ut prius amissis potiatur in arbore pomis.
Cernit ibi varios late splendescere campos.
Carpit ibi flores croceos et multi colores.
Lilia pręclaris renitent immixta rosetis.
Cedrus turiferos transmittit ad aethera
ramos.
Cuncta quidem fructum gignunt ibi ligna
sapore.
Ortus odoriferis perabundans spirat in
herbis.